



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CCXXXVI. Ioannis Papae VIII. Ad Tevtmarvm Archiepiscopvm.
Miratur eum morari, & ad se non venire. monet vt statim veniat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

semper vbique resonet ad augmentum vestræ perpetuæ remunerationis. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXXVI.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD TEVTMARVM ARCHIEPISCOPVM.

Miratur eum morari, & ad se non venire. monet vt statim veniat.

*Reuerendissimo & sanctissimo Teutmaro archiepiscopo
dilecto confratri nostro.*

SIC V T nobis dilectus ac spiritalis filius noster Carolo-mannus gloriosus rex suis regiis direxit apicibus, vt vos ad nostram apostolicam venire debuissetis præsentiam, vestrum quotidie præstolantes aduentum miramus cur tantum moremini: nos enim almitatis & prudentiæ vestræ fauore repleti, fraternitatem vestram pio cupimus iam contemplari intuitu. Vnde his nostris apostolicis literis vos monemus, & exhortamur, vt libenti ad nos animo properare omnimodis studeatis: quatenus vna vobiscum ea quæ sanctæ Dei ecclesiæ utilia sunt prout necesse fuerit, pariter ordinare valeamus. Data vt supra.

EPISTOLA CCXXXVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ANTONIVM EPISCOPVM ET BERENGARIVM
COMITEM.

Liutfredum comitem, quia monialem, quæ e monastério effugerat, suscepit, & bona Angelbergæ imperatricis diripuit, excommunicat, nisi statuto tempore satisfecerit. monet ne quisquam cum eo communicet.

*Reuerendissimo Antonio episcopo Brixieni, & nobilissimo viro,
dilectoque filio Berengario glorioso comiti.*

QVIA dilectus ac spiritalis filius noster Carolomannus gloriosus rex suis regalibus literis, & missorum nostrorum verbo, nostro præfusatui pio mentis affectu commisit, vt nos curam huius Italici regni haberemus, tam

Concil. Tom. 24.

Mm ij